AUTHOR: BLECKMANN, FRIEDRICH

TITLE: DE INSCRIPTIONIBUS QUAE LEGGUNTUR...

PLACE: GOTTINGAE

DATE: 1907

Master Negative #

91-80314-12

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Bleckmann, Friedrich, 1883-
De inscriptionibus quae leguntur in vasculis Rhodiis. Dissertatio...quam...scripsit Fridericus Bleckmann... Gottingae, officina academica Dieterichiana typis expressit, 1907.
44 p. 22 cm.

Thesis, Göttingen.
"Dissertationis cui inscripsi"De commercio quod erat inter civitates Graecas saeculis III et II a. Chr. quaestiones epigraphicae selectae" pars prior ...exprimitur..."
Volume of pamphlets

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA ~~IIA~~ IB IIB
DATE FILMED: 10-30-91 INITIALS ER
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT





AIIM

Association for Information and Image Management


1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910


301/587-8202














MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

Greek inscriptions

No. 4

DE INSCRIPTIONIBUS
QUAE LEGUNTUR
IN VASCULIS RHODIIS.

DISSERTATIO INAUGURALIS
QUAM
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
CONSENSU ET AUCTORITATE
IN ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA
AD
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESSENDOS
SCRIPSIT

FRIDERICUS BLECKMANN
HANNOVERANUS.

GOTTINGAE
OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA TYPIS EXPRESSIT
MCMVII.

De dissertatione probanda ad ordinem philosophorum rettulerunt G. Busolt et E. Schwartz.

Examen rigorosum habitum est a. d. XVII Kal. Dec. a. 1906.

Permissu ordinis philosophorum dissertationis cui inscripsi „De commercio quod erat inter civitates Graecas saeculis III et II a. Chr. quaestiones epigraphicae selectae“ pars prior, quae est de ansis Rhodiis, hoc loco typis exprimitur, reliqua pars alio loco edetur.

quam late olim patuerit commercium Rhodiorum etiam nunc aperte monstrant innumerabiles fere istae ansae amphorarum Rhodiarum notis signatae, quae in lucem prodierunt variis locis orbis terrarum antiqui eisque longe inter sese distantibus. quibus de ansis cum multi adhuc multa disputaverint neque tamen solverint omnes difficultates [1]), non deterreor, quominus, quae habeam, in medium proferam.

ac primum quidem quaeratur, quod multi iam quaesiverunt, utrum notae illae ansis impressae sint ab ipsis figulis an a magistratu quodam rei publicae Rhodiorum; deinde definiatur, quantum quidem fieri potest, aetas ansarum, denique ex ipsis ansarum inscriptionibus illustretur et quanta amphorarum multitudo et quae merces in illis exportatae sint. sed priusquam ad ipsam rem aggrediamur, necesse est materia proponatur.

ultimus conspectum earum ansarum Rhodiarum quae adhuc repertae sunt praebuit H. van Gelder (Griech. Dialektinschr. III 1 p. 570 sqq.). quem conspectum cum repetere nolim, quae recentes accesserint ansas addere satis habebo quaeque omisit ille, cum ad rem sibi propositam numerum ansarum sufficientem contulisset.

prae ceteris autem memorandae sunt eae ansae quae in lucem prodierunt Carthagine et in eo Palaestinae loco, quo antiquis temporibus oppidum stabat nomine Mârêschâ, hodie vicus qui appellatur Tell-Sandahannah. atque illae quidem

1) omnes, quae sunt de his rebus, quaestiones ad certum finem perduci non posse nisi ab eo, qui ansas, quae in diversis museis et antiqui et novi mundi asservantur, perscrutatus quasi Corpus ansarum Rhodiarum confecerit, probe scio.

ansae publici iuris sunt factae C. I. L. VIII suppl. III n. 22639 et in ephemeride Bulletin archéologique du Comité des travaux historiques et scientifiques 1902 p. 447 sqq. 1904 p. 483 sqq.. hae inveniuntur in ephemeride Palestine Exploration Fund 1901 p. 28—43. 124—143. 395—396 [1]).

eis ansis quae in ruderibus oppidi Mârêscha repertae sunt liceat adiungere paucas quae memorantur diversis locis eiusdem ephemeridis

P. E. F. 1901 p. 25: una ansa Rhodia quae reperta est Hierosolymis

ibd. 1902 p. 121: sex ansae repertae prope locum Beit Ibrîm.

ibd. 1904 p. 212: refertur de magna copia ansarum Rhodiarum quae repertae sunt in vico nomine Ghezer, ad occidentem sito ab Hierosolymis. atque affirmat editor has ansas numero adaequare eas quae repertae sunt in vico Tell-Sandahannah. ex tanta autem copia publici iuris sunt factae una ansa (ibd. 1904 p. 212) et una amphora integra (ibd. 1903 p. 306) [2]).

---

1) brevius de his ansis refertur in libro Excavations in Palestine during the years 1898—1900 p. 178.

2) P. E. F. 1901 p. 62: duae ansae in Palaestina repertae publici iuris factae sunt a Whrightio professore, quarum altera asservatur „in the Semitic Museum of Harvard University, Massachusetts“, altera „in the Museum of the Theological Seminary at Andover, Massachusetts“, quas ansas esse Iudaeas editor sibi persuasit. rectius iudicavit Clermont-Ganneau (ibd. p. 114. 115) qui Rhodiae esse originis ansas contendit. atque altera ausa certe Rhodia est, cum inscriptionem in ea agnoverit Clermont-Ganneau hanc:

[ΕΠ'] ΙΕΡΕΩΣ Α(Ρ)ΜΟΣΙΛΑ

attamen quod ad alteram erravit vir doctus (p. 115), in qua inscripta legit haec:

ΕΠΙ . . ΚΑΛ
ΛΙΣ caput bovis [ΤΟΥ]
ΜΟΡ

non Rhodiam esse ansam sed Cnidiam probat ipsum caput bovis ansae impressum.

ibd. p. 250: edita est ansa a Whrightio quae nunc asservatur „at Cambridge, Massachusetts“. inscripta sunt secundum editorem haec: ΜΕΝΤΟΡΟΣ ΥΑΚΙΝΘΙΟΣ. iure ansam esse Rhodiam asseverat

praeter ansas quas enumeravit v. Gelder in Cypro repertae sunt:

Journal of the American Oriental Society XI p. 389: 29 amphorae integrae et 5 ansae.

Lebas-Waddington 2789: 2 amphorae integrae.

Bulletin de Corresp. Hell. III p. 167: una amphora integra.

ibd. XX p. 357: una amphora integra.

Journal of Hellenic Studies XVIII p. 163: una amphora integra. quid ansis inscriptum sit, dignosci nequit.

ibd. XI p. 34: ansae complures, editae sunt quinque.

Ath. Mitteil. VI 203: una ansa.

Reisen in Lykien und Karien (Wien 1884) p. 141: 3 ansae, quae ubinam repertae sint, non adnotat editor.

Revue archéologique 3. série t. 30 (1897) p. 332: una ansa quae reperta est Antaradi (Syriae).

ansae quae repertae sunt in insulis Graecis:

Inscr. Graec. XII 3 26. 27: Symae una amphora integra et una ansa.

Multo maior tamen est numerus ansarum quae nondum editae sunt cf. Jahreshefte d. östr.' archäol. Instituts VII 91.

ibd. 83—85: Teli: 3 amphorae integrae.

ibd. 166: Nisyri: una amphora integra.

Inscr. Gr. XII3 suppl. p. 331: Therae: 7 ansae, quarum 2 iam antea editae erant Inscr. Gr. XII3 n. 995. 996.

Bull. Corr. Hell. XII p. 326. 327: Amorgi magnum numerum ansarum repertum esse refertur. publici iuris factae, quod quidem ego sciam, perpaucae sunt, quas vide:

Bull. XVII p. 203 n. 8. Ath. Mitteil. XVI p. 180. 181. fortasse etiam Amorgi repertae sunt ansae quae nunc asservantur in museo insulae Syri, de quibus vide quod dictum est Athen. Mitteil. XXI 202. 203.

ibd. X p. 106 et Archives des missions scientifiques et

---

editor, qui tamen, quamvis noverit editionem Schuchhardtii (certe laudat), errat, cum Mentorem nomen eponymi Rhodii esse dicat. immo est nomen figuli.

littéraires 3. série t. 13 p. 409: Deli uberrimam copiam ansarum Rhodiarum repertam esse referunt Francogalli. ne una quidem edita esse videtur.

Ath. Mitteil. XXI p. 129 sqq. XXII p. 148. 149: multae ansae Athenis repertae.

C. I. L. II vol. suppl. 6254 IV: una ansa Rhodia quae reperta est Carthagine Nova [1]).

Académie des sciences et des lettres de Danemark 1903 p. 96—98: ansae Rhodiae quae erutae sunt in arce Lindiorum.

materiem proposui, iam dicam de ipsis ansarum inscriptionibus atque primum quidem examinentur virorum doctorum sententiae.

postquam multi egerunt de ansis Rhodiis, inter quos facile principem locum obtinent Ludolphus Stephani et Paulus Becker, prorsus novum totius quaestionis fundamentum iecit Schuchhardtius in egregia illa praefatione quam editioni ansarum Pergami repertarum praemisit. (Inschr. von Pergamon II p. 423 sqq.)

Schuchhardtio enim contigit, ut materia prorsus singulari uteretur. nam omnes fere quas adhibuit ansae accumulatae erant in fundamento domus in arce Pergamena sitae. licet igitur concludere has ansas esse reliquias amphorarum Rhodiarum quae eadem fere aetate Pergamum importabantur.

hoc domus Pergamenae thesauro usus Schuchhardtius validis argumentis comprobavit (p. 430) in binis ansis cuiusvis amphorae Rhodiae inscripta fuisse et nomen sacerdotis Apollinis, qui eponymus fuit Rhodiorum, et mensis atque alterius hominis, quem figulum fuisse recte conclusit, neque ullas amphoras singulo ex his ternis nominibus caruisse.

praeterea id demonstrare studet Schuchhardtius, inscriptiones impressas esse non a magistratu quodam rei publicae Rhodiorum sed ab ipsis figulis. aliter enim nullo modo intellegi

1) ansa quae exstat sub no. II secundum editorem Rhodia est, quid autem inscriptum sit ansae, ego non expedio.

posse, cur terna illa nomina dispositione tam varia occurrant in ansis, ut modo in altera ansa legatur nomen eponymi coniunctum cum nomine mensis, in altera solum nomen figuli, modo in altera ansa solum nomen eponymi, in altera nomen mensis coniunctum cum nomine figuli, modo et id rarissime quidem, in altera ansa nomina eponymi et figuli, in altera solum nomen mensis cf. conspectum quem praebuit p. 485 sqq. negat praeterea de vectigali cogitari posse quod rei publicae Rhodiorum figuli pependissent, cum notae ansis impressae essent, antequam argilla exsiccata fuisset, certe in ipsa siccatione haud paucas amphoras fractas esse pro quibus vectigal pependisse figulos Rhodios vix credibile esset. notas autem impressas esse coniecit eo consilio, ut quivis emptor facile primo obtutu ex tempore, quo amphora fabricata esset, posset cognoscere, essetne per satis longum temporis spatium ad siccandum exposita.

contra opinionem Schuchhardtii strenue pugnavit B. Keil in recensione inscriptionum Pergamenarum, quam ephemeridi Berl. Philol. Wochenschr. 1896 p. 1606 sqq. inseruit. is enim negat emptorum commodo providisse qui notas imprimerent, quippe quibus mensis tantum indicaretur, quo amphorae ad siccandum expositae essent, non dies. praeterea ipsam siccationem monstrat totam pependisse ex tempestate. emptores igitur multo certiore ratione amphoras examinare potuisse digitum admovendo.

sed quod gravissimum est praefracte negat notas illas impressas esse ab ipsis figulis atque argumentum firmissimum inde petit, quod aliter intellegi non posset per tria fere saecula semper terna nomina eodem loco atque eadem ratione impressa esse ansis. figulos autem, quorum nomina legantur in ansis, aut laborasse in officinis rei publicae Rhodiorum [1]) aut con-

1) amphoras Rhodias fabricatas esse in officinis publicis iam Kaibelius opinatus erat (Deutsche Literaturzeitung X (1890) p. 985). ceterum satis miror Kaibelium contendisse (p. 984) non sacerdotem Apollinis fuisse eponymum Rhodiorum sed prytanes, sacerdotis nomen ansis impressum esse, quod ei cura fuisset artis figulorum. at in paucis quae supersunt decretis Rhodiorum sacerdotis nomen, quippe qui eponymus esset, semper positum est in initio decretorum, pry-

duxisse fundos argillosos a re publica, si illud acciperetur, notas impressas esse ansis, ut facile cognosceretur, quantum pecuniae unicuique figulo pensitandum esset, sin hoc placeret, rem publicam prohibere voluisse, ne abuterentur figuli fundis argillosis nimis magnum numerum amphorarum fabricando.

praeter Schuchhardtium et Keilium non multi exstiterunt his ultimis annis, qui auxerint cognitionem nostram ansarum Rhodiarum.

recte observavit Brandis (Goett. Gel. Anz. 1895 p. 645) de vectigali amphorarum exportationi imposito cogitari non posse, cum in diversis locis ipsius insulae Rhodi plurimae ansae repertae essent, quibus impressae fuerint illae notae.

Pridik ipse editor ansarum Rhodiarum et Cnidiarum, quae ante hos decem fere annos Athenis in lucem prodierunt, Keilio adstipulatus, denuo contendit, quod iam inde a Schuchhardtio omnes negaverant, tertium quod exstat in ansis nomen esse magistratus cuiusdam, fortasse eius qui praefuerit figulis (Athen. Mitteil. XXII p. 157. 158). at certe erravit vir doctus, occurrunt enim sine ullo dubio in ansis Rhodiis etiam feminarum nomina, quae res iam a Franzio observata (C. I. G. III p. V), post eum nimis neglecta sufficit ad opinionem Pridikii refutandam [1]).

---

tanum nomen in nonnullis decretis prorsus deest cf. Hiller v. Gaertringen, Athen. Mitteil. XX p. 387.

1) figula T i m o saepissime invenitur in ansis cf. ansas quae repertae sunt Carthagine C. I. L. VIII suppl. 3 n. 22639, 158 (6 ansae), Rhodi (Inscr. Gr. XII$_1$ 1402, Alexandriae Ἀθηναίου III p. 230 n. 163, in diversis Siciliae et Italiae locis I. Gr. XIV 2393, 160. 493.

figulo D o s o apparuit Brundisii Inscr. Gr. XIV 2393, 225.

N i c a g i s bis et vicies in ansis Pergamenis Schuchh. n. 1138, quinquies in ansis quae repertae sunt in Sicilia I. Gr. XIV 2393, 374.
semel Alexandriae Ἀθ. III p. 229 n. 119.

C a l l i o Pergami n. 1084, Carthagine n. 97, in vico Tell-Sandahannah Pal. Expl. Fund 1901 p. 42 n. 132.

D i o c l e i a in singulis ansis quae apparuerunt Tarenti, Acris, Catinae Inscr. Gr. XIV 2393, 210; Alexandriae Ἀθην. III p. 227 n. 50.

Francotte (L'industrie dans la Grèce ancienne II p. 136 sqq.) eis assentiri mavult, qui ipsis figulis notas adscribunt. coniecit autem (p. 140) figulum vel potius possessorem officinae certis temporibus examinasse amphoras, quae a figulis sibi subditis fabricatae essent, ansisque amphorarum quas examinavissent notas impressisse.

ultimus qui de amphoris Rhodiis egit Walters (History of ancient pottery, London 1905 I p. 156) relapsus est ad opinionem iam pridem refutatam, dicit enim notas ansis impressas esse, ut amphoras iustam tenere mensuram exprimeretur.

iam quod ego adnotare velim hoc fere est. equidem puto ex comparatione ansarum Cnidiarum aliquid lucis affundi quaestioni de ansis Rhodiis.

ansis Cnidiis inscripta sunt et nomen eponymi civitatis et figuli vel figulorum et vocabulum Κνίδιον, quo origo amphorae indicaretur. distinguendae autem sunt secundum inscriptiones classes sex ansarum Cnidiarum. inscriptum enim est ansis:

1) et nomen eponymi et figuli et Κνίδιον.
2) nomen eponymi et figuli.
3) nomen eponymi et Κνίδιον.
4) solum nomen eponymi.
5) nomen figuli et Κνίδιον.
6) solum nomen figuli [1]).

en fingamus amphoram Cnidiam integram. altera ansa exhibuit unam ex sex illis quas enumeravi inscriptionibus, sed quid inscriptum fuerit in altera ansa, iam quaerendum est. quod ad primam classem attinet, utrique ansae eadem nomina inscripta fuisse iam probatur amphora illa integra, quae Athenis reperta et edita est Athen. Mitteil. XXI p. 172 n. 245. 246.

---

quominus autem cum Hillero (Inscr. Gr. XII$_1$ p. 190 sqq.) cogitemus de notis mercatorum Rhodiorum, obstat analogia ansarum Cnidiarum: in ansa Cnidia apud Dumontium p. 336 n. 3 nomini hominis additum est ἐπόει, in nonnullis ansis additum est κερ Dumont p. 386 n. 8, p. 185 n. 262 vel sola littera K Dumont p. 165 n. 144 p. 213 n. 422.

1) pro nomine unius figuli in ansis interdum occurrunt nomina complurium figulorum qui ad artem exercendam sese coniunxerant.

quod ad alteram classem attinet, constat vocabulum Κνίδιον. quod supplementum fuisset ad nomina eponymi et figuli, per se positum non fuisse in altera ansa. nulla enim ansa Cnidia exstat, quae solum vocabulum Κνίδιον exhibeat. quid autem illic exstiterit, diiudicari nequit, cum nullam ex iis inscriptionibus, quas enumeravi sub 2) 4) 5) 6), confidenter negari possit fuisse in altera ansa. verisimile tamen est etiam amphorarum huius classis utramque ansam eadem inscriptione sc. nomine eponymi et figuli ornatam fuisse.

iam si quaeritur de amphoris ceterarum classium, aut ansae utrique eaedem notae inscriptae fuerunt. quod si statuimus, sequitur fuisse amphoras Cnidias, quarum in ansis solum eponymi nomen inscriptum fuit (cl. III et IV), et quod gravius est alias solum figuli nomen exhibuisse sine nomine eponymi (cl. V. VI). aut putandum est fuisse amphoras Cnidias quarum ansae referendae fuissent altera ad classem III, altera ad classem VI, vel altera ad classem IV, altera ad classem V, quod per se probabile est quoniam in huiusmodi amphoris sese supplevissent utriusque ansae inscriptiones.

iam vero neminem potest fugere ansas classium V et VI numero longe superare ansas classium III et IV. quod ut appareat, numeravi ansas diversarum classium quae exstant inter eas ansas Cnidias quae Athenis apparuerunt ante hos decem fere annos (editae sunt Ath. Mitteil. XXI et XXII). sunt autem inter ansas illas:

primae classis	:	120
alterius	„ :	20
tertiae	„ :	14
quartae	„ :	22
quintae	„ :	48
sextae	„ :	46

videmus igitur ansas classium V et VI dimidio fere numero antecedere ansas classium III et IV. neque casu factum esse, ut numeri diversarum classium ita inter se differant, facile intelleget qui librum Dumontii (Inscriptions céramiques de Grèce) vel obiter perlustraverit, id enim primo obtutu cognoscet

prae numero ansarum classium V et VI perquam exiguum esse numerum ansarum classium III et IV.

etiamsi igitur concedo fuisse certum numerum amphorarum Cnidiarum, quarum inter utramque ansam terna illa nomina dispertita erant, non dubito quin fuerint etiam amphorae quarum in ansis figuli nomen vel figulorum nomina inscripta erant addito vel omisso vocabulo Κνίδιον, sed sine nomine eponymi [1]).

neque licet putare aliis temporibus aliter ansas amphorarum inscribere solitos fuisse Cnidios, idem enim sive eponymi sive figuli nomen (modo ne nimis rarum sit) legitur in ansis diversarum classium.

quodsi constat fuisse quidem inter amphoras Cnidias satis multas, quae nomine eponymi erant ornatae, fuisse autem alias easque admodum multas, quibus solum figuli vel figulorum nomina inscriptum erat, iure mihi dubitari posse videtur fuerintne re vera notae illae ansis Cnidiis impressae a magistratibus rei publicae, quod si putaretur vix intellegeretur, quomodo eponymi nomen omitti licuisset.

sed in ipsis ansis Rhodiis sunt quae dubitationem moveant de opinione illa a Keilio aliisque prolata. atque iam primum figulos officinis publicis addictos fuisse vix cogitari posse mihi videtur, cum vestigia in ansis Rhodiis supersint societatum figulorum Rhodiorum. apud Cnidios figulorum societates fuisse constat, saepius enim occurrunt duo vel tria figulorum nomina in eadem ansa. exempla societatum figulorum Rhodiorum, quae quidem adhuc proferebant viri docti, non prorsus certa sunt. in ansa Inscr. Gr. XIV 2393, 82 legitur Ἀντιμάχου Διοδότου, potest tamen explicari figuli nomini nomen patris

1) re vera videtur superesse amphora Cnidia integra, in cuius ansis figulorum nomina leguntur, deest nomen eponymi. est amphora Alexandriae reperta, edita in *Ἀθηναίου* vol. III p. 444 n. 3 atque eiusmodi inscriptiones exhibet, ut in altera ansa inscriptum sit Ἀγησικλεῦς in altera Φιλίνου. diligenter examinasse editorem ansarum inscriptiones probatur eis quae de hac amphora disputavit (p. 444), cum ante Φιλίνου desideret verbum ἐπί et dicat genitivum Φιλίνου non aliter intellegi debere quam si scriptum fuisset ἐπί Φιλίνου. vix recte. immo figuli videntur fuisse Agesicles et Philinus artemque communiter exercuisse.

additum esse. in ansa Praeneste reperta, quam attulit Schuchhardt, (Inschr. v. Pergamon II p. 433) nomina figulorum duorum particula καί coniuncta fuisse videntur, at tamen dubitatur de lectione inscriptionis satis detritae.

magis constat de societate, quam iniisse videntur Epixenus et Epigonus figuli, quorum nomina simul inscripta exstant in tribus ansis, quarum duae Rhodi sunt repertae (Inscr. Gr. XII_1 1274), una Athenis (Ath. Mitteil. XXI p. 132 n. 30). legitur autem in illis:

1) Ἐπίξεν[ος]
Ἐπίγο[νος]
2) Ἐπίξενος
Ἐπίγο[νος]

in ansa Athenis reperta:

Ἐπίξενος
Ἐπίγ[ο]νος

sed adnotat editor „die erste Zeile könnte auch ἐπ' ἱερέως sein“.

iam apparet ex collatione trium ansarum aliquid concludi posse. etenim ansis Rhodi repertis probatur fuisse figulum nomine Epixenum, possis tamen dubitare, fueritne Epigonus pater an socius Epixeni, cum desint ultimae litterae nominis. at in altera linea fuisse „Ἐπίγονος“ non „Ἐπιγόνου“ verisimile fit collata ansa Athenis reperta, siquidem recte legit editor [1]).

prorsus autem constat de societate inter Xenaretum et Potamoclem figulos. etenim in ansa, quae Panticapaei reperta est (Neue Jahrbücher Suppl. X p. 23 n. 23), legitur Ξενάρετος Ποταμοκλῆς, quam ansam ab editore ansis incertae originis attributam Rhodiam esse probat ansa Pergamena (n. 1316), quam nescio qua causa Schuchhardtius inter incertas rettulerit, aperte enim Rhodia est, quoniam inscripta sunt haec: Ξενάρετος Δαλίου [2]).

1) Epigonus figulus sine socii nomine etiam in ansis in Sicilia et Tarenti repertis. Inscr. Graec. XIV 2393, 236—236. add. p. 705 n. 230a. 233a.

2) inter ansas Rhodias quamvis dubitanter iam rettulit v. Gelder

figulos autem officinae publicae in societatem coire non potuisse vix est quod moneam.

deinde hoc velim observetur: menses in ansis Rhodiis, quod minime mirum, saepius coniunguntur cum eponymorum quam cum figulorum nominibus, ita tamen, ut, si omnes ansas figuli cuius nomine ornatas colligeremus (modo ne nimis rarum sit nomen), longe plurimas quidem continere solum nomen figuli videremus, paucas tamen addito mense. sunt autem certa nomina, quae abhorrent ab hac, quam posui norma, sc. nomina figulorum Agoranactis, Marsyae, Micythi, Damocratis, Imae, quae omnia, quam frequentia sint in ansis, qui obiter tantum ansarum Rhodiarum editiones perlustrabit, facile cognoscet [1]). atque ut trium figulorum nomina quae in initio posui semper leguntur addito mense, ita Damocrates et Imas semper exstant sine mense.

hos quinque figulos per satis longum temporis spatium artem exercuisse probatur ipsa frequentia nominum. sequitur igitur ansis omnium amphorarum, quae fabricabantur ab his figulis, ternas illas notas per multos annos semper eadem dispositione impressas esse i. e. quod attinet ad Agoranactem, Marsyam, Micythum semper in altera ansa fuisse solum nomen eponymi, in altera nomen figuli cum mense, quod ad Damocratem et Imam semper in altera ansa fuisse nomen eponymi adiuncto mense, in altera solum nomen figuli, cum inter eponymos vix unus inveniatur, cuius nomen aut semper cum mense coniunctum sit aut semper sine mense exstet.

quod ego vix explicari posse censeo nisi ita, ut notas illas ab ipsis figulis esse impressas putemus. vix enim nobis persuadebimus eosdem magistratus, cum ceterorum figulorum amphoris notas imprimerent, varia dispositione usas esse, in amphoris quinque illorum figulorum semper eundem ordinem adhibuisse, sed verisimilius esse dicemus ceteros figulos notas varie disposuisse, quinque illos semper eundem ordinem servasse.

(Dial.-Inschr. III_1 p. 636 n. 572. Xenareti figuli nomen etiam in ansa Rhodi reperta Inscr. Gr. XII_1 1367 = v. Gelder 573).

1) in ansis Pergamenis Damocratis nomen non minus quam quinquagies sexies legitur.

iam ut ad finem veniam, certe ego eis adstipulari malo, qui notas ab ipsis figulis impressas esse contendunt. tamen certiora argumenta, quam quae protuli, non habeo. neque adhuc patuit, quem ad finem notas impresserint figuli. vix recte coniecisse mihi videtur Francottius id egisse figulos, ut scirent quot amphorae quoque mense in officinis suis fabricatae essent. magis arridet quod opinatus est E. Schwartz. is enim monuit: nomina sua figulos ansis inscripsisse videri nullo alio consilio, quam ut divulgarentur etiam in terris longe remotis. quod menses quoque inscripti essent, id fortasse explicari posse ex ipsa natura commercii antiqui. neque enim figulos antiquos, ut hodie fit, plura vascula fabricasse inque officinis suis coacervasse, quam quae se statim vendituros esse certum haberent, immo tot amphoras fabricasse eos quot fabricare iuberentur ab eis, qui exportarent amphoras Rhodias. menses igitur inscriptos esse, ut indicaretur amphoras esse recentes necdum detritas.

quod autem per tria saecula semper easdem notas adhibuerunt figuli Rhodii, non mirabimur, si Rhodi quoque collegium figulorum fuisse putabimus, sicut in insula Co floruisse constat e titula Coo (Paton-Hicks 37 = Dialektinschr. 3636), in hoc autem collegio, ut fere fit, hunc ansas inscribendi morem ut alios mores inveterasse perque saecula servatum esse, fortasse etiam collegii legibus vetitum fuisse, ne quis figulus aliter notas inscriberet ansis. neque quisquam negabit simpliciorem notas inscribendi rationem vix excogitari posse.

sed iam, ne nimis coniecturis indulgere videamur, transeamus ad quaestionem, qua aetate amphorae Rhodiae fabricatae et exportatae sint. quam quaestionem si aggredimur, non nitimur scripturae genere, quo in definiendo saepius erraverunt viri docti (cf. Schuchhardt, Inschr. v. Pergamon II p. 431), sed aliis utamur indiciis.

primum autem temporis indicium petendum est e locis, quibus inventae sunt quaedam ansae.

ansas, quae Alexandriae repertae sunt, ante annum 331 a Chr. neque importatas neque fabricatas esse patet. illi igitur eponymi et figuli, quorum nomina in his ansis leguntur, aetatis sunt post annum 331 a. Chr.

aetas eponymorum et figulorum, qui occurrunt in ansis, quae repertae sunt Phintiade in Siciliae urbe, eo definitur quod Phintias condita est anno 281 a. Chr.

maxime autem iuvamur iis ansis, quae Pergami et Carthagine repertae sunt. de illarum aetate egit Schuchhardtius in praefationis pagina 432.

domum, unde effossae sunt, saeculi II vel etiam aetatis paulo antiquioris esse affirmant viri harum rerum periti. quod autem in eodem loco coacervatae erant ansae, eo probatur amphoras quarum ansae supersunt, omnes eadem fere aetate i. e. per continuam seriem annorum Pergamum importatas esse, eponymos igitur figulosque quorum nomina in ansis illis leguntur, non ita magno temporis intervallo inter se distare. Schuchhardtius igitur ultimis temporibus saeculi III primisque saeculi II a. Chr. ansas illas attribuit. atque monet ad hoc tempus quadrare et scripturae genus et omnia, quae tradita sunt de amicitia inter Rhodios et Pergamenos, quae per decennia illa valebat, maxime ca. annum fere 200 a. Chr., deinde deminuta est et prorsus desiit sub Eumene II rege Pergamenorum. hactenus Schuchhardtius.

quoniam 42 eponymorum nomina apparent, sequitur ad quattuor fere decennia ansas illas referendas esse, per haec autem decennia re vera continuum neque unquam interruptum fuisse commercium inter Rhodum et Pergamum eo quoque probatur, quod omnia fere nomina in ansis Pergamenis admodum frequentia sunt.

quae omnia confirmantur illis ansis, quae Carthagine apparuerunt necdum Schuchhardtio notae erant. quae ansae 200 fere numero praeter duas amphoras integras ubi repertae sint, exposuit Dessau C. I. L. VIII suppl. III p. 2200. coniectae quidem erant in murum qui exstructus est aetate Augusti, sed multo vetustiores eas esse apparet temporibusque Carthaginis Punicae adscribendas. eponymi igitur et figuli, qui exstant in ansis illis, anno 146 a. Chr. antiquiores sunt.

iam vero si quis earum inscriptiones cum Pergamenis illis

comparaverit[1]), facile videbit longe plurima nomina et eponymorum et figulorum in utrisque reperiri. mirus est consensus in numeris eponymorum. Pergami exstant 41 eponymorum Rhodiorum nomina, 42 Carthagine. non item concinnunt figulorum numeri, quod tamen ne mireris, moneo maiorem fuisse numerum figulorum: 57 figulorum nomina leguntur Pergami, 49 Carthagine.

e 42 eponymis qui apparuerunt Carthagine non minus quam 28 redeunt in ansis Pergamenis, e 49 figulis 34 Pergami iterum leguntur. duae igitur partes et eponymorum et figulorum pares sunt.

quo de consensu melius iudicabitur, si comparantur nomina in ansis quae alibi repertae sunt:

numerus eponymorum in ansis quae repertae sunt:

			e quibus Pergami	Carthagine
in vico Tell-Sandahannah	54	—	18	20
Tarenti	36	—	14	17
in Sicilia et Italia	84	—	36	35
Carthagine	42	—	28	
Pergami	41	—		29

numerus figulorum in ansis quae repertae sunt:

			e quibus Pergami	Carthagine
in vico Tell-Sandahannah	66	—	26	29
Tarenti	46	—	25	23
in Sicilia et Italia	101	—	37	37
Carthagine	49	—	34	
Pergami	57	—		35

patet quam maior sit numerorum consensus inter Pergamum et Carthaginem quam inter ceteras urbes.

eodem igitur tempore et Pergamum et Carthaginem magnae copiae amphorarum Rhodiarum importatae sunt, atque re vera confirmatur ansis Carthaginiensibus longe plurimos eponymos

1) cf. p. 34. 35. 39. 40.

et figulos, qui leguntur in ansis Pergamenis, fuisse ante medium fere saeculum II a. Chr. etiam certiore ratione aetatem ansarum Pergamenarum definiri posse infra videbimus.

haec fere sunt, quae ex locis, quibus ansae Rhodiae repertae sunt, disci possiut de aetate ansarum.

etiam plura sciremus, dummodo uti liceret eis ansis quae Deli repertae sunt. satis notum est, quam brevi tempore post annum 166 a. Chr. desierit frequentissimum quod antea exstitit commercium inter Rhodum insulam et Delum[1]).

apparet igitur certe plurimos eponymos et figulos qui sunt in ansis Deliis referri debere ad aetatem anno 166 antiquiorem[2]).

iam si circumspicimus, num quae eponymorum nomina in aliis titulis inveniantur, de quorum aetate liceat iudicare cum quadam probabilitatis specie, non multi sese offerunt huiusmodi tituli. accedit quod de plurimis potest dubitari, num recte definiverint aetatem viri docti plerumque scripturae testimonio satis lubrico nisi.

1) Rhodios non prorsus desiisse insulam sacram frequentare, non desunt indicia (Rhodiorum donationes in titulis hieropoeorum post 166 scriptis Bull. Corr. Hell. 1878 p. 322. 325. 1905 p. 543 l. 57. 69), sed certe pauci erant prae magno numero Rhodiorum, qui ante annum illum funestum Deli negotiabantur, perpauci pro permagno numero peregrinorum, qui inde ab illo anno Delum confluebant.

2) ubi primum vidi ansas Rhodias Deli esse repertas (cf. Bull. Corr. Hell. X p. 106. Archives des missions scientifiques et littéraires 3. série t. 13 p. 409) Busoltio suadente, virum harum rerum peritissimum Adolphum Wilhelm per litteras rogavi, ut, si posset fieri, catalogus eponymorum figulorumque qui leguntur in ansis illis mecum communicaretur. qui vir summa cum benignitate respondit precibus meis sese obsequi non posse, comperisse enim sese a viro doctissimo Holleaux, qui effossionibus a Francogallis in insula sacra institutis nunc praeest, ansarum Rhodiarum ingentem quidem copiam Deli exstare, insriptiones autem adhuc prorsus neglectas esse. qua de re non mirabuntur qui queruntur documenta pretiosissima, catalogos dico hieropoeorum Deliorum, a Francogallis erutas esse non paucas, editas non magis quam quattuor.

aegro animo igitur destiti ansarum Deliarum inscriptiones in meum usum convertere.

Agestratus eponymus nominatur in decreto senatus populique Rhodiorum (Inscr. Gr. XII_1 890), quod secundum editorem est „alterius fere saeculi". reperitur hic eponymus cum in ansis aliorum locorum tum in Pergamenis et Carthaginiensibus [1]).

Antilochi nomen a manu recentiore primo a. Ch. saeculo additum est decreto Lindiorum (XII_1 88).

Antisthenes Architimi f. nominatur in subscriptione baseos, quae „ineunte altero a. Chr. saeculo vix recentior esse videtur." (XII_1 63) neque Antilochus neque Antisthenes inveniuntur in ansis Rhodiis.

Aratophanis eponymi nomen legitur in initio decreti Rhodii in favorem Cyzicenorum facti, quod Boeckhius ad II a. Ch. saeculum rettulit (C. J. G. 3656 = Griech. Dialektinschr. 3752). exstat huius eponymi nomen in ansis Pergamenis et Carthaginiensibus.

prorsus constat de aetate Autocratis. quoniam eponymus Rhodiorum nominatur in decreto Teni insulae (Bull. Corr. Hell. 1903 p. 234), necesse est referatur ad partem priorem saeculi II a. Chr. deest tamen, quod mireris, in ansis Pergamenis et Carthaginiensibus, satis frequens est in ansis aliorum locorum cf. quod infra dictum est p. 25, 26).

Damaeneti nomen legitur in magno titulo vel potius titulorum serie, quos in honorem Dionysodori posuerunt collegia quaedam (Inscr. Gr. XII_1 155). est titulus „alteri fere a. Chr. n. saeculo" adscribendus. exstat hic eponymus in ansis Carthaginiensibus, deest in Pergamenis (cf. infra p. 25).

Damocles est in decreto Rhodiorum in honorem Eudemi Seleucensis facto (Michel 535 = Dialektinschr. 3751), quod ad initium saeculi II a. Chr. referunt editores. exstat Damocles in ansis et Pergamenis et Carthaginiensibus.

Eucratem sacerdotem, qui est in decreto Rhodiorum (Inscr. Gr. XII_1 3), primus editor ad III. a. Chr. saeculum

---

1) in eis quae sequuntur ansas Pergamenas et Carthaginienses saepius afferam, quoniam harum aetas iam certius definita est.

rettulit. Hillerus „tituli aetatem multo recentiorem esse" censuit. certe eponymus admodum frequens in reliquis ansis non invenitur in ansis Pergamenis et Carthaginiensibus.

Epicharmus sacerdos memoratur in decreto collegii τῶν ἐν Σύμαι κατοικούντων Symae reperto (Inscr. Gr. XII_3 suppl. p. 273 n. 1269), quod decretum editor saeculo II a. Chr. attribuit. deest eponymus in ansis Pergamenis et Carthaginiensibus.

Sosiclis nomen legitur in alio collegii modo memorati decreto (ibd. n. 1270), quod scripturae genere nisus editor ad saeculum II vel I a. Chr. refert. deest Sosicles Pergami, exstat in una ansa Carthaginiensi, admodum frequens est in ansis ceterorum locorum.

Theugenes Leonis f. memoratur in basi Rhodi reperta (Inscr. Gr. XII_1 64 = Dialektinschr. 3800). ad primum a. Chr. saeculum titulum refert v. Gelder. deesse videtur Theugenes in ansis Rhodiis.

ad annos 41—38 a. Chr. i. e. ad annos quibus possidebant Rhodii Naxum insulam referendi sunt quattuor eponymi Critobulus, Archeleos, Hermocrates, Charisius, qui memorantur in catalogis Naxiis (Inscr. Gr. XII_5 38). omnes deesse videntur in ansis, quo probatur hac aetate minorem copiam amphorarum fabricatam et exportatam esse.

aetatis Romanae sunt Diogenes, Diocles, filiusque eius Titus Flavius Phanostratus.

Diogenes notus est e titulo, qui continet epistulam Neronis ad senatum populumque Rhodium datam (Dittenberger Syll. ^{2}373). erat eponymus anno 55 p. Chr. Dioclis filiique eius aetas certiore ratione definiri nequit (Inscr. Gr. XII_1 65). desunt tres eponymi in ansis, quo indicatur hac aetate desiisse exportationem amphorarum.

denique dicam de Astymede et Theaedeto eponymis. aetatem Astymedis definiverunt Blinkenberg et Kinch argumentis usi ad persuadendum maxime aptis. etenim e catalogo sacerdotum Minervae Lindiae, qui anno 1904 repertus sed nondum

editus est (Académie de Danemark 1905 p. 63 adnot. 1), apparet Astymedem Theaedeti f. sacerdotem fuisse Minervae 112 annis ante Philippum Philippi f., quem anno 42 a. Chr. munere functum esse certissimis argumentis probaverunt editores (ibd. p. 64—74). ergo sacerdos Minervae fuit Astymedes anno 154 a. Chr. est igitur sine dubio Astymedes ille idem, quem ter a Rhodiis Romam ad senatum missum esse (i. e. annis 168, 164, 153) narrat Polybius (30, 5, 4. 31, 7. 33, 15). neque licet dubitari quin idem sit qui apparet in ansis. sequitur igitur eponymum fuisse Astymedem inter annos fere 170—150 a. Chr.

Theaedetum patrem non diversum esse agnoverunt editores (p. 172) a Theaedeto illo quem anno 167/66 plus quam octoginta annos natum Romae mortuum esse Polybius narrat (30, 22, 2). nec diversus videtur esse ab eo Theaedeto qui exstat in ansis. ergo cum natus sit Theaedetus anno fere 250 a. Chr., sacerdotes autem Rhodiorum essent homines aetate iam provecti sc. essent inter quinquagesimum fere et sexagesimum annum (cf. Acad. de Danemark 1905 p. 91 cum adnotatione) sequitur Theaedetum eponymum fuisse inter annos fere 200—190 a. Chr.

sed certius quam his quos contuli titulis definitur aetas ansarum et eis amphoris, quae integrae servatae sunt, et eis ansis quamvis paucis, quibus nomen eponymi inscriptum est adiuncto nomine figuli, cum ex his amphoris vel ansis appareat, quinam eponymi et figuli ad eandem aetatem sint referendi.

amphoras Rhodias integras olim collegit Becker in Fleckeiseni annalium voluminis suppl. V p. 515 atque confecit sex. sed post Beckerum in diversis locis amphorae integrae repertae sunt ita, ut non minus quam 22 amphorae integrae enumerentur ab Hillero (Athen. Mitteil. 1898 p. 232). attamen multo maior est numerus amphorarum, quae aetatem tulerunt. Hillerus enim omisit magnam copiam amphorarum, quae nunc asservantur Novi Eboraci in museo Metropolitano, quod certe non vitio dabo viro docto, cum ego casu tantum in has amphoras inciderem, quae editae sunt loco valde remoto, in ephemeride cui inscribitur Journal of the American Oriental Society vol. XI (1887) p. 389 sqq.

sunt autem non minus quam 30 amphorae integrae et 5 ansae, quas olim e Cypro in museum Metropolitanum attulit Cesnola [1].

sed dolendum est editionem, ut primo obtutu apparet, nullo modo sufficere. multae enim lectiones eiusmodi sunt, ut non liceat dubitare quin editor imperitus eorum quae iam ante eum viri docti invenerant, prorsus erraverit [2]. quae cum ita sint, e magna copia amphorarum, quae sunt in museo Metropolitano, eas tantum adhibere possum, de quarum inscriptionibus mihi prorsus constat. sunt autem hae: p. 390 n. 5055. p. 391 n. 5045. 5046. 5041. 5060. p. 392 n. 5058. 5063. p. 393 n. 5044. 5053. 5054. 5066. p. 394 n. 5049.

praeter has quas modo proposui accedunt ad amphoras integras ab Hillero collatas una amphora, quae in Palaestina (Ghezer) reperta est (Pal. Expl. Fund 1903 p. 306), tres amphorae, quae prodierunt in insula Cypro (Bull. Corr. Hell. III p. 167. Lebas-Waddington n. 2789 a. b. Dumont, Mélanges d'archéologie p. 165 n. 6373). attamen in amphora apud Lebas-Waddingtonium figuli nomen minime certum est, amphorae apud Dumontium editae omnes fere inscriptiones incertae sunt.

amphora, quae edita est a Dumontio Mél. d'archéol. p. 163 n. 10 p. 165 n. 80, non diversa est ab ea, quae exstat Journ. Amer. Or. Society XI p. 393 n. 5066.

amphorae, quae Romae apparuit (C. J. L. XV_2 3579), inscriptiones adhibere non licuit, cum nominis eponymi ultimae litterae tantum supersint.

1) imagines trium amphorarum, quae asservantur in museo Metropolitano, habes in libro ,,The Cesnola Collection of Cypriote Antiquities 2_2 (1894) Plate CXLIV n. 1068—1070.

2) in amphorae quae edita est p. 390 n. 5047 ansa altera legit ille: διὰ Διοτρέφους, quod prorsus inauditum est in ansa Rhodia, sed noli dubitare quin litteras initiales nominis ΔΙΟΤΡΕΦΟΥΣ errore eius qui notam impressit, bis legantur ita, ut inscriptum sit: ΔΙΟΔΙΟΤΡΕΦΟΥΣ. in amphorae quae edita est p. 394 n. 5042 ansa altera exstat: Ἐπὶ Τιμασαγόρα Πανάμου, in altera: Ἐπὶ Φιλοκράτευς, quod plane absurdum est.

si verae essent lectiones amphorarum p. 392 n. 5061 et p. 393 n. 5043, iam lis illa dirempta esset, fueritne re vera nomini eponymi interdum additum patronymicum, attamen valde dubito de veritate lectionis.

ergo summa amphorarum Rhodiarum, quae integrae servatae sunt, non minus est quam 57, e quibus 32, quippe quarum inscriptiones certae sint, adhiberi possunt.

conspectum eponymorum et figulorum, qui sive in utraque ansa unius amphorae integrae sive coniuncti in una ansa leguntur vid. in appendice I p. 31 sqq.

quemadmodum catalogus ille inserviat ad chronologiam eponymorum et figulorum certius definiendam exemplo illustretur.

Socrates figulus artem exercebat sub Hierone (n. 2)[1], Xenophane (n. 3), Sodamo (n. 15) sacerdotibus. tres illi sacerdotes igitur non ita longo temporis intervallo inter se distabant, deinde quoniam sub Hierone (i. e. eodem anno) Socrates (n. 2) et Antigonus (n. 36) arti figlinae operam dabant, hic autem etiam coniungitur cum Cratida sacerdote (n. 37), licet concludere annos Cratidae, Hieronis, Xenophanis, Sodami sacerdotum eidem temporis spatio ascribendos esse. quae omnia ut facilius cognoscantur, quasi stemmate composui eos eponymos et figulos qui ratione, quam modo indicavi, inter sese coniunguntur:

I. Socrates (fig.)

Hiero (ep. 2) — Xenophanes (ep. 3) — Sodamus (ep. 15)

Antigonus (fig. 36) — Philaenius (fig. 18) — Dius (fig. 16)

Cratidas (ep. 37) — Philodamus (ep. 32)

II. Hippocrates (fig.)

Aristodamus (ep. 19) — Xenophantus (ep. 24) — Theaedetus (ep. 25)

Jason (fig. 9)

III. Imas (fig.)

Pausanias (ep. 11) — Timurrodus (ep. 12) — Damaenetus (ep. 28)

Menesthes (fig. 22)

IV. Agathocles (fig.)

Philaenius (ep. 5) — Agestratus (ep. 7).

1) numeri spectant ad conspectum nominum.

ergo ad eandem fere aetatem referendi sunt:

I. eponymi: Hiero, Xenophanes, Sodamus, Cratidas, Philodamus una cum figulis Socrate, Antigono, Philaenio, Dio.

II. eponymi: Archidamus, Xenophantus, Theaedetus una cum figulis Hippocrate et Jasone.

III. eponymi: Pausanias, Timurrodus, Damaenetus cum figulis: Menesthe et Ima.

IV. eponymi: Philaenius, Agestratus una cum figulo Agathocle.

iam vero si ansas Pergamenas, quippe quae ad eandem fere aetatem referendae sint, perlustramus, re vera invenimus figulos Hippocratem et Jasonem et eponymos Aristodamum et Theaedetum. Xenophantus quidem deest in editione Schuchhardtii, sed in ansa quae exstat sub n. 1150 aequo iure suppleri posse 'Επὶ [Ξενο]φά[ντου] quam 'Επὶ [Ξενο]φά[νευς] dicit editor, praeterea in ansa sub no 1241 vix potest dubitari quin fuerit ['Επὶ Ξενο]φάντου collata ansa Athenis reperta, quam ipse Schuchhardtius affert. omnes autem eponymi et figuli, quos modo enumeravi, inveniuntur etiam in ansis Carthaginiensibus.

praeterea inveniuntur in ansis Pergamenis figuli: Socrates, Antigonus, Philaenius, Dius atque eponymi Hiero, Xenophanes, Cratidas, Philodamus. Sodamus quidem, cuius nomen satis frequens est in ansis Rhodiis, deest Pergami. etiam hi eponymi et figuli omnes sunt in ansis Carthaginiensibus.

gravius autem quam quod unus eponymus ille Sodamus desideratur Pergami, est, quod trium eponymorum Pausaniae, Timurrodi, Damaeneti nullum vestigium superest in ansis Pergamenis. etiam Menesthis figuli nomen prorsus deest, Jmas exstat in una ansa (n. 1240). certe non casu desunt haec nomina, frequentissima enim sunt in ceteris ansis. sequitur igitur hos eponymos et figulos fuisse qua aetate nullum commercium erat inter Rhodum et Pergamum. omnes autem exstant in ansis Carthaginiensibus. ergo fuerunt ante annum 146 a. Chr. quod autem Jmas, qui omnium, qui in ansis Rhodiis leguntur, figulus facile frequentissimus est, in una tantum ansa Pergamena

invenitur, eo probatur huius figuli aetatem pertinere usque ad eos annos, quibus commercium Rhodiorum cum Pergamenis sive initium cepit sive desiit.[1]) neque enim licet opinari aetate huius figuli et aequalium eius interruptum fuisse commercium inter Rhodios et Pergamenos. immo continuum exstitisse commercium inter duas civitates supra exposui, et, si unquam interruptum fuit, non fuit per tot annos, quot Menesthi et Imae figulis necesse est tribuantur propter frequentiam in ansis. referendus est igitur Imas aut ad aetatem post medium fere saeculum III aut ad medium fere saeculum II a. Ch.

II a. Chr. autem saeculo tribuendus est ille propter aequalem Damaenetum eponymum, qui memoratur in titulo (cf. p. 18), quem ab editore saeculo II attributum non licet referre ad saeculum III, cum ex hoc saeculo perpauci ad nos pervenerint tituli Rhodii, certe nulli tituli tam longi quam titulus de quo agitur.

ergo apparet per plura decennia partis prioris saeculi II i. e. per ea decennia, quibus arti figlinae operam dabant Imas et Menesthes et eponymi erant Rhodiorum Pausanias, Timurrodus, Damaenetus, frequentissimum commercium fuisse Rhodiis cum Carthaginiensibus,[2]) nullum cum Pergamenis. desiit igitur commercium cum Pergamenis post prima decennia saeculi II.

atque optime confirmantur quae modo exposita sunt eis quae de aetate Astymedis et Theaedeti eponymorum supra disputavimus (p. 19, 20). etenim Theaedeti, quem inter annos fere 200—190 eponymum fuisse probavimus, nomen exstat et in ansis Pergamenis et Carthaginiensibus, Astymedis, quem inter annos fere 170—150 eponymum fuisse cognovimus, nomen occurrit in ansis Carthaginiensibus, deest in Pergamenis.

quoniam pertinent eponymi et figuli, qui memorantur in ansis Pergamenis, ad quattuor fere decennia, referendi sunt

1) i. e. aut desiit amphoras fabricare hic figulus qua aetate initium cepit importatio amphorarum in regnum Pergamenum aut coepit fabricare extremis demum temporibus huius importationis.

2) commercium inter Rhodios et Carthaginienses floruisse quo tempore Rhodi valebat factio Romanis infesta, monuit Busolt.

ad annos fere 220—180 a. Chr.,[1]) per haec quattuor decennia etiam duae fere partes amphorarum importabantur Carthaginem. ex 14 illis et eponymis et figulis qui desunt in ansis Pergamenis, exstant Carthagine, 4 eponymi Pausanias, Timurrodus, Damaenetus, Astymedes et 2 figuli Imas et Menesthes certe referendi sunt ad decennia inter annos fere 180—150, sed probabile est iisdem decenniis tribuendos esse etiam ceteros eponymos et figulos si non omnes tamen plurimos. ad eadem decennia referendus esse videtur etiam Autocrates eponymus, quem parti priori saeculi II adscribendum esse iam supra monstravi (p. 18) nam, si eponymus fuisset inter annos fere

1) ante annum 220 nullum fuisse commercium Rhodiis cum Pergamenis probabile est: Attalum non fuisse inter reges, qui post terrae motum Rhodios donis sublevarunt, eumque anno 220 Byzantiorum partibus favisse monuit Niese II 359 adn. 2. anno 172 Eumenes e partibus Romanorum erat, Rhodii regi Macedonum favebant. iam antea inimicitiae eis fuerant cum Pergamenis quo tempore Eumenes aditum Ponti praeclusit. ceterum ansae Pergamenae praeclare monstrant, quantopere per decennia illa floruerit commercium cum Pergamenis. exstant enim in:

800 fere	ansis	Pergami	rep.	— 41 eponymi,	57 figuli
minus quam 200	„	„ Carthagine	„	— 42 „	49 „
800	„	„ in Sicilia et Italia	„	— 84 „	101 „
plus quam 300	„	„ in vico Tell-Sandahannah	„	— 54 „	66 „

ergo statuendum est prae magno numero ansarum Rhodiarum, quae Pergami repertae sunt, exiguum esse numerum et eponymorum et figulorum qui apparent in his ansis, singula igitur nomina et sacerdotum et figulorum frequentiora esse in ansis Pergamenis quam in ansis aliorum locorum (cf. append. II).

quo probatur commercium fuisse Rhodiis cum Pergamenis per temporis spatium non ita longum quidem i. e. per quattuor illa decennia, per haec autem decennia multo plura vascula Rhodia Pergamum importata esse quam in ceteras civitates.

bis igitur parte priore saeculi II a. Chr. damno afficiebatur commercium Rhodiorum, primum anno fere 180, quo anno desiit commercium cum Pergamenis, deinde anno 166, quo anno portum Delium de vectigalibus exemptum esse pronuntiabatur.

200—180, vix fieri potuisset, ut nomen eponymi tam frequentis prorsus deesset in ansis Pergamensis, at casu fieri potuit, ut huius eponymi nomen desit in ansis Carthaginiensibus. neque enim tam frequentia quam in ansis Pergamenis singula eponymorum et figulorum nomina exstant in ansis Carthaginiensibus.

summopere autem dolendum est, quod nondum editus sit catalogus ille sacerdotum Minervae (cf. p. 19). etenim continet catalogus 200 fere sacerdotum nomina, quae referuntur ad ultima duo saecula a. Chr. constat autem haud paucos homines Rhodios per diversos annos diversis sacerdotiis functos esse, ut certum sit in catalogo illo inveniri non paucos eponymos Rhodios, sicut de Astymede supra probavi. quaeritur igitur, num inter sacerdotes Minervae annorum fere 200—180 a. Chr. inveniantur nonnulli eponymorum, qui exstant in ansis Pergamenis, et, quod gravius est, num inveniantur inter sacerdotes annorum fere 180—150 eponymi illi qui occurrunt in ansis Carthaginiensibus, desunt in Pergamenis.

iam satis exposuisse mihi videor de aetate ansarum. in tabulis, quas addidi (p. 34 sqq.), conspectum praebui omnium eponymorum figulorumque quorum nomina leguntur in ansis Rhodiis quae repertae sunt: Pergami, Carthagine, in variis Siciliae et Italiae locis, in vico Tell-Sandahannah, atque insuper omnium eponymorum qui sunt in ansis Ponticis.[1])

numeri nominibus additi significant, quot ansae exstent eodem nomine signatae, quae numero carent nomina semel occurrunt. quibus notam ⅄ apposui eponymis aut 'figulis, ii exstant etiam in ansis Pergamenis, sunt igitur referendi ad annos fere 220—180 a. Chr., quibus apposui ⨳ sunt referendi ad annos fere 180—150. quas reliquis nominibus adscripsi notas significant haec: ∸ idem nomen exstat in ansa vel ansis

1) non poterant adhiberi ansae, quae repertae sunt Alexandriae et Athenis, et eae ansae figulorum nominibus signatae, quae apparuerunt in civitatibus Ponticis, cum editores ansarum Alexandrinarum non adscripserint, quot ansae eodem sive eponymi sive figuli nomine signatae repertae sint, editores ansarum Ponticarum multas, quae Rhodiae sunt, ansas Cnidiis aut incertis attribuerint, Dumontii liber autem nullo modo sufficiat.

quae Alexandriae apparuerunt, ∸ idem nomen exstat in ansa vel ansis Phintiade repertis, · hic eponymus aut figulus magna cum probabilitate potest referri ad annos fere 180—150, certe non fuit p o s t medium saeculum II a. Chr. notam † apposui eis eponymis et figulis in ansis P e r g a m e n i s quae exstant etiam Carthagine.

quod velim cognoscas ex conspectu nominum hoc est: nulla fere nomina inveniuntur, quae carent omnibus eis notis, quas modo memoravi.[1]) licet igitur pro certo asseverare amphoras Rhodias, quarum ansae supersunt, omnes recentiores fuisse exeunte saeculo IV a. Chr. nomina autem, quae referenda sunt ad annos 220—180 vel ad annos 180—150 fere omnia inveniuntur in ansis cuiusvis loci ac tali quidem frequentia, ut antecedant longe plurima ceterorum nominum (in catalogis quos adieci numeri magni plerumque appositi sunt his nominibus). ergo apparet per decennia inde ab anno fere 220 usque ad annum fere 150 a. Chr. tantam copiam amphorarum exportatam esse, quanta neque antea exportabatur neque postea.

ex ipsis igitur ansis Rhodiis probatur subito effloruisse commercium Rhodium inde ab exeunte saeculo IV a. Chr.,[2]) maxime floruisse inter annos fere 220—150 a. Chr.,[3]) deinde paulatim decrevisse usque ad initium aevi Caesarum. hac enim aetate desiisse amphoras et fabricari et exportari mox demonstrabo.

quanta autem copia amphorarum exportata sit ex insula cognosces si perlustraveris ansas a Geldero editas (Gr. Dialektinschr. III₁ p. 573 sqq.), praecipue eponymorum nomina. nam quod inventae sunt ansae eodem et eponymi et mensis nomine signatae i. e. quae fabricabantur eodem mense in locis orbis antiqui, qui longo intervallo inter sese distant, eo

1) ceterum quae omnibus notis carent nomina exstant in ansis, quas si non omnes certe plurimas non originis Rhodiae esse licet suspicari.

2) effloruit commercium Rhodium inde ab obsidione illa praeclara annorum 305/04.

3) duas fere partes ansarum medio saeculo II antiquiores esse apparet e catalogis quos addidi.

quodammodo illustratur, quanta fuerit haec exportatio. cf. e. g. Aristeidam eponymum. ansae repertae sunt cum nomine Aristeidae et mense:

Agrianio: Olbiae (4), Athenis (1), Carthagine (1)
Artamitio: Pergami (1), Phintiade (1), Alexandriae (2)
Badromio: Pergami (2), Carthagine (1), Panticapaei (1), Olbiae (1), Alexandriae (2)
Carneio: Pergami (1)
Dalio: Pergami (3), Panticapaei (2), Tarenti (1), Alexandriae (2)
Hyacinthio: Pergami (1), Alexandriae (4)
Panamo: Himerae (1), Oriae (1), Eryce (1), Alexandriae (1)
Pedageitnio: Athenis (1)
Sminthio: Tarenti (2), Athenis (1), Alexandriae (1)
Thesmophorio: Athenis (1), Tarenti (1), Eryce (1), in Cypro (1), Alexandriae (1)
sine mense: Pergami (2), Tarenti (1), Olbiae (1), Alexandriae (3)

praeterea hoc velim reputes: cum *trecenta fere eponymorum nomina* legantur in ansis Rhodiis, fabricarentur autem amphorae Rhodiae inscriptionibus signatae neque ante exitum saeculi IV a. Chr., ut supra monstravi, neque post prima tempora aevi Caesarum (ne unum quidem nomen Romanum repertum est in ansis, cum ex titulo notum sit nomen Romanum eponymi cf. p. 19), sequitur *ex unoquoque fere anno eius aetatis qua fabricabantur amphorae* Rhodiae, amphoras nos habere atque satis multas quidem ex plurimis annis. multorum enim eponymorum nomina non minus quam quinquagies vel sexagies inveniuntur, ut additis ansis figulorum *non minus quam 100 fere ansae* supersint *ex his annis*.

amphoras autem omnes fere ad exportationem destinatas fuisse, paucas in insula mansisse praeclare ipsis ansarum inscriptionibus comprobatur, quoniam ei quoque figuli quos, cum rari sint in ansis, per breve tantum tempus artem exercuisse putandum est, inveniuntur in ansis extra insulam repertis.[1])

1) Cephalus figulus exstat in una ansa Brundisii reperta (Insc. Gr. XIV 2393, 321). in singulis ansis Pergamenis: Zephyrus

iam quaeres, quaenam merces exportatae sint in tot amphoris. sine dubio exportabatur vinum Rhodium (praeter vinum videntur exportata esse oleum, fici, aliique fructus). multos scriptorum locos contulit v. Gelder (Gesch. d. alten Rhod. p. 427), quibus probatur optimae notae fuisse vinum Rhodium. permultae ansae repertae sunt in eis terris, quas vino advecticio omni tempore eguisse notum est, in Aegypto et in Ponto. atque etiam apertum documentum exstat exportationis vini Rhodii: statuit enim Udalr. Wilcken (Griech. Ostraka I p. 765) recentiore aetate in Aegypto mensuram quandam vinariam appellatam fuisse Ῥόδιον.

quanta autem copia vini ex insula exportata sit, ne coniectura quidem assequi possumus, cum prorsus desint testimonia scriptorum. quod narrat Polybius (IV 56) tres viros creavisse Rhodios, qui centum quadraginta milibus drachmarum acceptis coemebant cum alia, quae Sinopensibus a Mithridate oppressis necessaria esse videbantur, tum 10 000 amphorarum vini (οἴνου κεράμια μύρια), non dicit vinum fuisse Rhodium. nescio igitur an prae uberrima copia amphorarum, quae quotannis exportabantur, minima fuerit copia vini, quam efferre poterat insula parva. adde quod ansae Cnidiae perquam multae repertae sunt Athenis, haud paucae Alexandriae, nonnullae etiam in Ponto et in Sicilia, cum Cnidus sita fuerit in regione vitium culturae minime opportuna. quae cum ita sint, non contenderim cum Belochio (Gr. Gesch. III_1 300 cf. etiam Gelder p. 423. Brandis Goett. Gel. Anz. 1895 p. 646) vinum fuisse mercimonium praestantissimum Rhodi insulae, sed amphoras, quae, cum optima ex materie essent fabricatae, libenter sine dubio emebantur

(n. 1014) et Philonius (n. 1221). in duabus ansis Pergamenis Aesopus (854, 855), Theudotus, Gnyus, Stachys in singulis ansis Alexandrinis (Ἀθηναίου III p. 228, 82. 227, 42. 230, 142). Heraclides in duabus ansis quae repertae sunt Catanae et Phintiade (Inscr. Gr. XIV 2393, 266), Cineas, Attalus, Arces in singulis ansis quae repertae sunt: Panticapaei (Neue Jahrb. suppl. X p. 14 n. 20.), in Palaestina (Palestine Expl. Fund 1901 p. 34 n. 65), in Cypro (Dumont, mélanges d'archéologie p. 163 n. 19).

a Graecis, qui quantopere vasculis fictilibus semper eguerint, satis est notum.[1])

iam ad finem perveni: restat, ut subiungantur tituli nonnulli, quibus quodammodo confirmetur atque corroboretur quod supra disputavi de aetate ansarum Rhodiarum.

cum in tabulis debitorum Apollinis Delii paulo post annum 166 conscriptis invenisset hominem Italicum Trebium Lusium,[2]) feliciter monuit Dessau (in Hermae vol. XVIII p. 153 sqq.) eiusdem hominis nomen exstare in ansis, quae repertae sunt in variis Siciliae locis.[3]) recte sine dubio conclusit Dessau (p. 156) Trebium Lusium illum fuisse ex numero Italicorum qui Deli negotiabantur post annum 166, negotiatum autem esse illum non solum Deli, sed etiam in Sicilia (et ut nunc apparet etiam in Italia) strenuum aemulum mercatorum Rhodiorum sese praebuisse. inventae enim sunt ansae huius hominis ipsis eis locis, quae Rhodios adiisse negotiandi causa probatur ansis Rhodiis.

optime igitur illustratur ansis Trebii Lusii, quomodo inde a medio saeculo II a. Chr. negotiatores Italici e Sicilia et Italia expulerint negotiatores Rhodios, quod quam bene consentiat cum testimonio ansarum Rhodiarum, velim cognoscas e catalogis qui sunt p. 35 41.

---

1) ipsas amphoras vacuas domi et foris venum datas esse iam contendit Becker (Neue Jahrb. Suppl. IV p. 487), cui adstipulatus est Schuchhardt (Inschr. v. Pergamon II p. 428).

2) titulos Trebii Lusii debeo Adolfo Schulten.

3) contulit ille 4 ansas: singulas quae Drepani et Phintiade, duas quae Eryce repertae sunt. publici iuris sunt factae C. J. L. X 8051, 21. quibus ansis nunc addendae sunt tres quae Tarenti apparuerunt in monte testaceo (Notizie degli Scavi 1885 p. 283 n. 224—226), una quae prodiit Syracusis (ibd. 1891 p. 385).

Appendix I.

Conspectus eorum eponymorum et figulorum Rhodiorum, qui leguntur aut in utraque ansa unius amphorae integrae aut in una ansa.

	eponymi		figuli
1)	Archilaidas (Tanaide: Antiq. du Bosph. Cimmérien II inscr. LXXIX A. n. 6)	—	Damocles
2)	Hiero (Olbiae: Mélanges Gréco-romains de l'académie de St. Pétersbourg I p. 426 n. 63)	—	Socrates
3)	Xenophanes (ibd.: Neue Jahrb. Suppl. V p. 455 n. 42)	—	Socrates
4)	Molpagoras (Rhodi: Berg, Insel Rhodos p. 47)	—	Alexander
5)	Philanius (ibd.: ibd.)	—	Agathocles
6)	Agemachus (ibd.: ibd.)	—	Aristo
7)	Agestratus (Oristani: Inscr. Gr. XIV 2393, 1)	—	Agathocles
8)	Aristeidas (Oriae: ibd. 2393, 2)	—	Nanius
9)	Aristodamus (Oristani: ibd. 2393, 3)	—	Iason
10)	Euanor (prope Vasteam: ibd. 2393, 4)	—	Menestratus
11)	Pausanias (incerto Siciliae loco: ibd. 2393, 6)	—	Imas

12) Timurrodus — Imas
(Catinae: ibd. 2393, 9)
13) Heragoras — Chariton
(Nisyri: Inscr. Gr. XII3 27)
14) Harmosilas — Prothymus
(Teli: ibd. 83)
15) Sodamus — Socrates
(ibd.: ibd. 85)
16) Sodamus — Dion
(Nisyri: ibd. 166)
17) Aratophanes — Agoranax
(Carthagine: C. I. L. VIII suppl. III 22639, 1)
18) Xenophanes — Philaenius
(ibd.: ibd. 22639, 2)
19) Aristodamus — Hippocrates
(Ghezer: Pal. Expl. Fund 1903 p. 306)
20) Damocles — Marsyas
(in Cypro: Bull. Corr. Hell. III p. 167)
21) Alexiadas — Diocleia
(ibd.: Lebas-Waddington 2789)
22) Damaenetus — Menesthes
(ibd.: Journ. of the Amer. Or. Soc. XI p. 391 n. 5045)
23) Archembrotus — Dracontidas
(ibd.: ibd. p. 391 n. 5046)
24) Xenophantus — Hippocrates
(ibd.: ibd. p. 391 n. 5041)
25) Theaedetus — Hippocrates
(ibd.: ibd. p. 391 n. 5060)
26) Aristarchus — Dracontidas
(ibd.: ibd. p. 392 n. 5058)
27) Aristogenes — Midas
(ibd.; ibd. p. 392 n. 5063)
28) Damaenetus — Imas
(ibd.: ibd. p. 393 n. 5044)

1) consulto omisi amphoras quae exstant apud Kaibelium n. 7. 8, cum quod ad illam attinet, valde dubitem, num recte Kaibelius suppleverit figuli nomen, quod ad hanc de veritate lectionis Kaibelianae Ἐπὶ Πυθοδώρου dubitet Hillerus qui coniecit Ἐπὶ Θευδώρου.

29) Aristogenes — Midas
(ibd.: ibd. p. 393 n. 5053)
30) Aristocles — Midas
(ibd.: ibd. p. 393 n. 5054)
31) Xenophon — Amyntas
ibd.: ibd. p. 393 n. 5066)
32) Philodamus — Philaenius
(ibd.: ibd. p. 394 n. 5049)

in eadem ansa leguntur:

33) Thersander — Androbulus
(in Cypro: Journ. Amer. Or. Soc. XI p. 390 n. 3055)
34) Cleucrates — Zeno
(Acris: Inscr. Gr. XIV 2393, 331)
35) Archidamus — Timo
(in Sicilia: ibd. 2393, 160)
36) Hiero — Antigonus
(Pergami: Inschr. v. Pergamon II 1044)
37) Cratidas — Antigonus
(ibd.: ibd. 1119)

Appendix II[1]).

nomina eponymorum Rhodiorum in ansis quae repertae sunt Pergami (in fundamento domus Pergamenae) (Inschr. v. Pergamon II)

†	Aenesidamus	17
†	Aenetor	6
	Agemachus	28
†	Agestratus	3
	Aglumbrotus	
	Anaxibulus	
†	Aratophanes	8
	Archicrates (?)	
†	Archidamus	15
†	Archilaidas	5
	Archocrates	18
	Archodamus	
	Aristanius	
†	Aristeidas	11
†	Aristodamus	23
	Aristo	19
†	Callicrates	10
†	Callicratidas	23
	Cleitomachus	
†	Cleonymus	13
	Cleucrates	11
	Cleunymus (?)	2
	Cratidas	10
†	Damocles	21
†	Damothemis	
	Dionysius	3
†	Dorcylidas	
†	Hiero	14
†	Iasicrates	
†	Nicasagoras	9
	Philodamus	7
	Polites	
†	Pratophanes	2
†	Symmachus	14
†	Theaedetus	12
†	Thestor	5
†	Timasagoras	11
	Tisagoras	
†	Xenophanes	6
†	Xenophantus	
	Xenophon	4

1) quid significent notae nominibus appositae vid. p. 26. 27.

nomina eponymorum Rhodiorum in ansis quae Carthagine repertae sunt. (C. I. L. VIII suppl. III n. 22639. Bull. archéol. du comité des travaux hist. et scient. 1902 p. 447 sqq. 1904 p. 483 sqq.)

≻	Aenesidamus	3
≻	Aenetor	
.	Aeschylinus	
≻	Agestratus	
≻	Aratophanes	3
≻	Archidamus	2
≻	Archilaidas	2
≻	Archocrates	2
≻	Aristeidas	2
≻	Aristodamus	4
≻	Aristo	2
⨪	Aristophanes	
※	Astymedes	2
≻	Athanodotus	5
≻	Callicrates	4
≻	Callicratidas	2
⨪	Clearchus	3
≻	Cleonymus	3
※	Damaenetus	2
≻	Damocles	4
.	Damocrates	
≻	Damothemis	3
≻	Dorcylidas	3
⨪	Euphranor	
⨪	Heragoras	
≻	Hiero	
≻	Iasicrates	3
≻	Nicasagoras	3
※	Pausanias	3
⨪	Pisistratus	4
≻	Pratophanes	8
⨪ ∸	Pythodorus	2
⨪	Sodamus	2
⨪	Sosicles	
≻	Symmachus	3
≻	Theaedetus	2
≻	Thestor	3
≻	Timasagoras	3
※	Timurrodus	2
≻	Xenophanes	3
≻	Xenophantus	5
≻	Xenophon	2

nomina eponymorum in ansis quae repertae sunt in Sicilia et Italia (Inscr. Gr. XIV 2393).

≻	Aenesidamus	2
≻	Aenetor	3
≻	Agemachus	3
≻	Agestratus	7
	Aglocritus	
≻	Aglumbrotus	2
	Alexidamus	
÷	Aleximachus	12
⨪	Anaxander	
≻	Anaxibulus	4
≻	Aratophanes	4
⨪	Archibius	
≻	Archidamus	15
≻	Archilaidas	3
≻	Archocrates	2
≻	Aristeidas	10
≻	Aristodamus	8
⨪ ∸	Aristogeitus	6

	∸	Aristomachus	9
20	≻	Aristo	4
		Aristonbrotidas	
	≻	Athanodotus	8
	⋇	Autocrates	
	≻	Callicrates	7
25	≻	Callicratidas	2
	⨪	Charmocles	2
	⨪·	Clearchus	2
	≻	Cleonymus	6
30	≻	Cleucrates	7
	≻	Clitomachus	2
	≻	Cratidas	8
	⋇	Damaenetus	7
	≻	Damocles	6
	∸·	Damocrates	
35	≻	Damothemis	7
	≻	Dorcylidas	2
	⨪	Euanor	
	⨪	Eucratides	
	⨪∸	Eudamus	8
40	⨪	Gorgo	4
	⨪	Harmosilas	5
		Heracleidas	
	⨪∸	Heragoras	2
	≻	Hiero	3
45	≻	Iasicrates	5
	⨪	Leontidas	
	⨪∸	Menedamus	
		Molpagoras	
	⨪	Mytion	
50	⨪	Nausippus	
	≻	Nicasagoras	8
		Nicasibulus	
		Nico	2

	⨪	Onasander	
55	⋇	Pausanias	13
	≻	Philodamus	2
	⨪	Philonidas	
	⨪	Pisistratus	2
	⨪	Polycrates	3
60		Polyxenus	
	≻	Pratophanes	6
	⨪∸·	Pythodorus	10
	⋇	Pythogenes	5
		Sochares	3
65	⨪·	Sosicles	5
	∸	Sostratus	3
	≻	Symmachus	6
	⨪	Tharsipolis	5
	≻	Theaedetus	5
70		Theodorus	
	⨪	Thersander	2
	≻	Thestor	4
		Thrasydamus	2
	∸	Thudamus	
75	≻	Timasagoras	6
	⨪∸	Timocratidas(?)	
		Timodicus	6
	⨪	Timotheus	2
	⋇	Timurrodus	8
80	≻	Tisagoras	3
	≻	Xenophanes	5
	≻	Xenophantus	3
	≻	Xenophon	3
	⨪	Xenostratus	2

ergo e 333 ansis certe 226 (quibus apposui notas ≻, ⋇, .) i. e. duas partes medio saeculo II antiquiores esse constat.

in ansis n. 405–408 Iasicratis eponymi nomen exstare non Pasicratis quod est in editione Kaibeliana iam agnovit v. Gelder, Gr. Dialektinschr. III1 p. 621.

nomina eponymorum Rhodiorum in ansis quae repertae sunt Olbiae, Panticapaei, Tanaide (Neue Jahrb. Suppl. IV. V. X. Bull. hist. philol. de St. Pétersbourg XI. XIII. Bull. de l'acad. des sciences de Pétersb. I (1860). Compte-rendu de la commission archéol. de Pétersb. 1859–69. Antiquités du Bosphore Cimmérien II Inscr. 79).

		Aeantus?	
	≻	Aenesidamus	6
	≻	Aenetor	6
	⨪	Aeschinas	
5		Agemachus	8
		Agesippus	
	≻	Agestratus	4
	≻	Aglumbrotus	5
	⨪∸	Aleximachus	
10	⨪	Anaxander	
	≻	Anaxibulus	2
	⨪	Andrias	
	≻	Aratophanes	3
	⨪	Archembrotus	2
15	≻	Archidamus	
	≻	Archilaidas	2
	≻	Archocrates	2
	⨪	Aristacus	
	≻	Aristeidas	8
20	≻	Aristodamus	
	⨪∸	Aristogeitus	3
	⨪	Aristogenes	
	⨪∸	Aristomachus	3
	≻	Aristo	3
25	⨪	Aristonidas	
	⨪·	Aristophanes	
	⋇	Astymedes	2
	≻	Athanodotus	2
	⋇	Autocrates	6
30	≻	Callicrates	3
	≻	Callicratidas	3

		Callio?	
		Chrysaor	2
	⨪·	Clearchus	
35		Clenostratus	
	≻	Cleonymus	6
	≻	Clitomachus	3
	≻	Cratidas	4
	⋇	Damaenetus	3
40	≻	Damocles	
	∸·	Damocrates	3
	⨪	Damon	
	≻	Damothemis	3
	≻	Dorcylidas	2
45	⨪	Eucles	
	⨪	Eucrates	
	⨪	Eucratidas	
	⨪∸	Eudamus	5
	⨪·	Euphranor	
50	⨪	Gorgo	8
	⨪	Harmosilas	2
	⨪·	Heragoras	3
	≻	Hiero	8
	≻	Iasicrates	
55	⨪	Lapheides	4
	⨪	Leontidas	
		Metrodorus	
	⨪	Mytion	
	≻	Nicasagoras	5
60	⨪	Nicomachus	
		Nico	2
	⋇	Pausanias	14

	⊤	Philodamus	4
		Philo	
65	⊤	Philonidas	3
	⊤·	Pisistratus	5
	⊤	Polyaratus	2
		Polycleidas	
		Polyxenus	
70	≻	Pratophanes	
	⊤·	Pythodorus	
	⊤ ∸	Pythogenes	3
		Socrates	
	⊤·	Sodamus	6
75	⊤·	Sosicles	2
	⊤	Sostratus	
	≻	Symmachus	4
	⊤	Teisagoras	
	⊤	Tharsipolis	
80	≻	Theaedetus	3
	⊤	Thersander	
	≻	Thestor	6
	⊤	Theuphanes	
	⊤	Thrasydamus	2
85	⊤	Timagoras	
	≻	Timasagoras	8
	⊤ ∸	Timodicus	
	※	Timurrodus	
	≻	Tisagoras	
90		Xenocles	
	≻	Xenophanes	17
	≻	Xenophantus	4
	≻	Xenophon	2
	⊤	Xenostratus	

e 263 ansis quas enumeravi 186 medio saeculo II antiquiores esse constat.

in ansis quae exstant Neue Jahrbb. Suppl. IV p. 454 n. 6 et Bull. hist. phil. de Pétersb. XI p. 315 n. 98 legendum est: Ἐπὶ Ἀρμο[σί]λα vel Ἐπὶ [Ἀρ]μοσίλα collatis multis ansis.

in ansa Neue Jahrb. Suppl. X p. 210 n. 5 legas nomen Tharsipolidis collatis ansis quae exstant Inscr. Gr. XIV 2393, 270—273.

denique moneo Rhodias esse ansas quas editores originis incertae censuerunt:

Neue Jahrb. Suppl. V p. 466 n. 3, 468 n. 17, 470 n. 31. Supppl. X p. 22 n. 6. 8.
Compte-rendu 1869 p. 212 n. 167. 171. p. 213 n. 173. Antiquités n. 45. 48. 51.

nomina eponymorum in ansis quae repertae sunt in vico Tell-Sandahannah (Pal. Expl. Fund. 1901 p. 28—43. 124—143. 395—396).

	⊤	Aeschinas	
	≻	Agestratus	
	≻	Aglumbrotus	
	⊤ ∸	Aleximachus	
5		Anaxander	
	⊤	Andrias	
	⊤	Andronicus	2
	≻	Aratophanes	
	⊤	Archembrotus	
10		Archidas	

	≻	Archilaidas	2
	≻	Archocrates	
	⊤	Agistacus	
	≻	Aristogenes	2
15	⊤ ∸	Aristomachus	2
	≻	Aristo	
	⊤·	Aristophanes	2
	·	Autocrates	40
	≻	Callicratidas	
20	⊤·	Clearchus	
	≻	Cleonymus	
	≻	Clitomachus	
	≻	Cratidas	
		Cydos	
25	≻	Daemon	
	≻	Damocles	
	∸·	Damocrates	
	⊤	Eucles	2
	⊤ ∸	Eudamus	
30		Eudorus	
		Eumatidas?	
	⊤·	Euphranor	
	⊤	Gorgo	
	⊤	Harmosilas	3
35	≻	Hiero	
	⊤	Mytion	
		Nesipotus	
	≻	Nicasagoras	
	※	Pausanias	
40		Peithiadas	
	≻	Philodamus	
	⊤	Philonidas	
	⊤·	Pisistratus	
	⊤	Polyaratus	2
45		Polycras	
		Simyleinus	2
	⊤·	Sodamus	
		Sospatus	
	⊤	Tharsipolis	3
50	⊤	Thersander	
	⊤	Timodicus	
	⊤	Timotheus	
	≻	Xenophanes	2
	≻	Xenophon	2

e 67 ansis 36 medio saeculo II antiquiores esse constat

p. 34 n. 59: supplevi Ἐπὶ Ἀρ[χε]μβρ[ότου] p. 36 n. 81: malo legere Ἐπὶ Δαήμονος coll. ansa apud Schuchh. n. 978.

nomina figulorum in ansis quae repertae sunt Pergami:

	†	Aeneas	8
	†	Aesopus	2
	†	Agathocles	30
		Agemachus	3
5		Ageso	2
	†	Agoranax	5
	†	Amyntas	13
	†	Antigonus	2
	†	Antimachus	12
10		Apollonidas	
		Apollonius	2
	†	Aristarchus	20
	†	Aristeidas	5
	†	Aristion	2
15	†	Aristocles	7
	†	Aristocrates	3
		Aristogeitus	4
		Aristo	15
	†	Aristus	8
20		Artemidorus	

Athanadotus 5
Callicratidas 2
† Callio 3
Cosmus
25 Cotes 4
† Damocrates 55
Diodotus
Dionysius
Discus 3
30 † Dius 19
† Dorio 2
† Dorotheus 7
† Heracleitus 5
† Hiero 2
35 † Hippocrates 4
† Iaso 3
† Marsyas 27
† Micythus
Molesius
40 † Nanius 3
† Nicagis 22
† Nicasio 3
† Olympus 6
† Onasioecus 2
45 † Pausanias 2
Phanias
† Philaenius 12
Philonius
† Rodippus 2
50 † Sarapio 4
† Socrates 17
† Soterichus 2
Timocrates 3
Xenaretus
55 † Zeno 2
Zephyrus
Zoilus 4

in ansa Schuchh. n. 1011. 12 legi Δωρί[ωνος cf. ansam Carthaginiensem n. 69. in tribus ansis n. 1083—85 non dubito quin fuerit Καλλίους, cum quod posuit Schuchhardtius in ansa n. 1084 Callii figuli nomen non exstet in ansis Rhodiis. ansam n. 1316 quae exhibet Xenareti figuli nomen iniuria a Schuchhardtio ansis originis incertae attributam esse, monui iam p. 12.

nomina figulorum Rhodiorum in ansis quae repertae sunt Carthagine.

≻ Aeneas
≻ Agathocles 6
≻ Agoranax 7
≻ Amyntas
5 ≻ Antigonus
≻ Antimachus 7
. Antiochus
≻ Aristarchus 6
≻ Aristeidas
10 ≻ Aristio 5
≻ Aristocles 4
≻ Aristocrates 3
≻ Aristus
÷· Bromius
15 ≻ Callio
. Creon
÷ Damocles
≻ Damocrates 9
. Damosthenes
20 . Diocles

≻ Dius 3
≻ Dorion
≻ Dorotheus
÷· Hellanicus
25 ≻ Heracleitus 3
≻ Hippocrates 2
≻ Iason
※ Imas 4
∸· Lampon
30 ≻ Marsyas 6
÷· Menecrates 3
≻ Micythus
≻ Nanius 2
≻ Nicagis
35 ≻ Nicasio 3
≻ Olympus
≻ Onasioecus 3
≻ Pausanias
≻ Philaenius 5
40 . Pisistratus
÷· Polyxenus
≻ Rodippus
≻ Sarapio
≻ Socrates 7
45 ≻ Soterichus
. Symmachus
. Theodotus
∸· Timo 6
≻ Zeno 2

in ansa C. I. L. VIII suppl. III n. 22639, 63 supplevi Δίο[υ collata ansa quae exstat Bull. 1904 p. 485 n. 16. in ansa Bull. 1904, 487 n. 30 legi Νικασ(ί)ωνος non Νικάσωνος collatis ansis C. I. L. n. 117a. b.

nomina figulorum Rhodiorum in ansis quae repertae sunt in Sicilia et Italia.

≻ Agathocles 17
Agathon
Agemon
÷ Agesidas 2
5 ≻ Agoranax 7
÷ Alexander
≻ Amyntas 5
÷∸ Andron 5
≻ Antigonus
10 ≻ Antimachus 18
. Antiochus
÷ Aphrodisius
≻ Apollonius
≻ Aristarchus 5
15 ≻ Aristeidas 4
≻ Aristion 7
≻ Aristocles 6
≻ Aristocrates 8
÷ Aristo 2
20 Aristophanes 2
≻ Aristus 2
÷· Bromius 4
≻ Callio 2
Cephalus
25 Cephalon
÷ Chresimus 2
≻ Cosmus
≻ Damocrates 14
≻ Diocleia 3
30 . Diocles
≻ Diodotus 3
Dio 2

No.		Nomen	
	≻	Dionysius	4
	≻	Dius	2
35	≻	Discus	2
	≻	Dorion	
		Doso	
	⨪	Dracontidas	2
	⨪	Epicrates	
40	⨪ ∸	Epigonus	10
		Euius	2
	⨪ ∸	Eucleitus	4
		Eutychidas	
		Gelon	
45		Heliconius	
	⨪·	Hellanicus	
	⨪ ∸	Hephaestio	4
	∸	Heracleidas	2
	≻	Heracleitus	6
50		Heraeus	
	⨪	Hermon	
		Hieracles	
		Hierax	
	≻	Hiero	5
55	≻	Hippocrates	10
	≻	Iason	2
	※	Imas	8
	∸·	Lampon	
	≻	Marsyas	11
60	⨪	Matrodorus	
	⨪·	Menecrates	
		Menelaus	
	∸·	Menestratus	2
	⨪	Menon	2
65	⨪	Menothemis	3
	≻	Micythus	2
	⨪ ∸	Midas	3
		Mnasion	

No.		Nomen	
		Mythion	
70	≻	Nanius	2
		Naxius	2
	≻	Nicagis	4
	⨪	Nicanor	2
	⨪	Nicias	5
75		Nicon	2
		Numenius	2
	≻	Olympus	3
	⨪	Panchares	
		Pasion	
80	≻	Pausanias	2
	≻	Phanias	
	≻	Philaenius	9
	⨪	Philippus	
	⨪ ∸	Philostephanus	
85	⨪ ∸	Polyaenus	
	⨪·	Polyxenus	
	⨪	Pythogenes	2
	≻	Sarapio	2
		Silanus	
90	≻	Socrates	12
		Sosibius	
		Sosilas	
	≻	Soterichus	2
	⨪	Straton	2
95	⨪	Theudorus	
	∸	Theymnastus	6
		Thrason	
		Thudamus	
	∸·	Timo	7
100		Timocratides	
	≻	Zeno	2

e 316 ansis 213 medio saeculo II antiquiores esse constat.

in ansis quae exstant apud Kaibelium n. 7. 78 legendum esse

nomen figuli Antimachi non Antalli iam agnovit Hillerus Athen. Mitteilungen 1898 p. 233 adn. 1.

nomina figulorum Rhodiorum in ansis quae repertae sunt in vico Tell-Sandahannah.

No.		Nomen	
		Actaron ? ?	
	≻	Agathocles	2
		Agemon	
		Agesidas	
5	≻	Agoranax	
		Alexander	
	≻	Amyntas	2
	≻	Antigonus	
	≻	Antimachus	
10	≻	Aristarchus	2
		Aristas	2
	≻	Aristion	12
		Aristocles	2
	⨪	Aristo	
15	≻	Athanodotus	
		Attalus	
		Bion	
		Bios	
	⨪·	Bromius	6
20	≻	Callio	
	⨪	Chresimus	
		Cleanactus	
		Clitomachus	
	⨪·	Creon	5
25	⨪·	Damocles	
	≻	Damocrates	10
	⨪	Dasophilus	
	.	Diocles	3
	≻	Diodotus	
30	⨪	Diophantus	
	≻	Discus	2
	≻	Dius	

No.		Nomen	
	≻	Dorotheus	
	⨪	Dracontidas	7
35	⨪ ∸	Eucleitus	8
	⨪	Euphranor	4
	⨪	Hierocles	
	≻	Hippocrates	6
	≻	Iason	2
40	※	Imas	2
	⨪	Isidorus	
	⨪	Linus	
	⨪	Lysion	
		Magnorus ?	
45	≻	Marsyas	7
	⨪·	Menecrates	
		Menippus	
	⨪	Menon	
		Mentor	
50	⨪ ∸	Midas	6
	≻	Nanius	2
	⨪	Nicostratus	
	≻	Olympus	
	≻	Onasioecus	3
55	≻	Pausanias	6
	≻	Philaenius	2
		Polycharmus	
	⨪	Rodon	2
	≻	Sarapio	2
60	≻	Socrates	5
	⨪	Sosicles	
	≻	Soterichus	2
		Soteridas	
		Stratonicus	

65 ∓ Timarchus e 151 ansis 96 medio saeculo
Timotheus II antiquiores esse constat.

p. 395 n. 314 legi Ἀγησί[δ]α.
p. 32 n. 36. 37 supplevi Ἀρίστ[α cf. I. Gr. XII_1 1246.
p. 396 n. 319 supplevi Ἀρίστ[ων]ος cf. I. Gr. XII_1 1260.
p. 132 n. 226 supplendum Χρ[ησί]μου non Χρ[υσή]μου cf. Dum. 271. I. Gr. XII_1 1416. XIV 2393, 521.
p. 124 n. 146 supplevi Λυσίων[ος cf. Ἀθην. IV p. 229 n. 107.
p. 132 n. 215 supplevi Τιμά[ρχ]ου cf. I. Gr. XII_1 1396. Ἀθην. IV p. 230 n. 158.

Vita.

Natus sum Fridericus Bleckmannn Hannoverae a. d. V. kal. Mart. anni 1883 patre Ernesto (†) matre Maria e gente Lüttge. fidei addictus sum evangelicae. scholae Hannoveranae, quae tum vocabatur Leibnizrealgymnasium, discipulus fui usque ad annum 1901. auctumno eiusdem anni nactus testimonia maturitatis et scholae, quam frequentavi, et gymnasii Hannoverani, quod vocatur Lyceum I, Gottingam me contuli, ubi, postquam per duo semestria ordini theologorum adscriptus fui, inde ab auctumno anni 1902, ad ordinem philosophorum transgressus, studiis philologicis et historicis operam dedi. atque docuerunt me cum viri docti alii tum philologi et historici hi: Brandi, Busolt, Krauske, M. Lehmann, Leo, Schulten, W. Schulze, Schwartz, Wackernagel, Wentzel. seminarii philologorum per quattuor semestria sodalis fui, itemque proseminarii et seminarii historicorum. praeterea ad exercitationes me admiserunt historicas Busolt, grammaticas Wackernagel.

quibus omnibus viris optime de me meritis, praecipue autem Georgio Busolt, Friderico Leo, Adolfo Schulten, Eduardo Schwartz gratiam quam maximam habeo semperque habebo.


COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
0021075441